



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Pippini Regis constitutio generalis de letaniis faciendis pro ubertate terrae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

185 ANNO CHRISTI Regum Francorum. P I P P I N I 186
R E G I S 13.

ponat, & ad synodum veniat. & Episcopus ipsum Presbyterum aut Clericum juxta canonicam auctoritatem dijudicari faciat. solidos vero sexaginta componat. Et si aliquis per violentiam Presbyterum aut

Clericum aut incestuosum contradixerit, tunc Comes ipsam personam per fidejusfores positum ante Regem venire faciat una cum Missione Episcopi, & Dominus Rex distingat, ut ceteri emendentur.

PIPPINI REGIS
CONSTITUTIO GENERALIS

De letaniis faciendis pro ubertate terræ,

Data anno D C C L X I V.

Pippinus gratia Dei Rex Francorum vir inluster Domino sancto Patri Lullo Episcopo. Cognitum scimus sanctitati vestre quam pietatem & misericordiam Deus fecit praesenti anno in terra ista. Dedit tribulationem pro delictis nostris, post tribulationem autem magnam atque mirabilem consolationem sive abundantiam fructus terræ, quem modo habemus. Et ob hoc atque pro aliis causis nostris opus est nobis illi gratias agere, quia dignatus est servos suos consolari per ejus misericordiam. Sic nobis videtur, ut absque jejunio indicte unusquisque Episcopus in sua parrochia letanias faciat, non cum jejunio, nisi tantum in laude Dei, qui talem nobis abundantiam dedit; & faciat unusquisque homo sua eleemosyna, & pauperes pascat. Et sic prævidere faciatis & ordinare de verbo nostro, ut unusquisque homo, aut vellet aut nolle, suam decimam donet. Valete in Christo.

